



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatris, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

244. Sabbato. Beata Virgo Refugium in tentationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

436 *Feria 6. Domi. 10. post Pentecost.*
tere, oppositi virtuti. 2. Est, exercere actus
internos, & externos virtutis oppositū vicio,
quo tentor. 3. Exercere ejusdem virtutis ac-
tus heroicos, internos, & externos Quia ex-
terni sine internis non valent, cum etiam a
mente captis exerceri possint. Et rursum
quia interni sine externis, non tam diu du-
rant, non fiunt cum tanto conatu, non ha-
bent tantam vim ad habitus acquirendos
virtutum, non omnes potentias ad perfe-
ctionem adaptant.

Cons. 3. Auxilia præstandi & exercendi hanc
doctrinam desumi à scientia definitionis
virtutis, ejus materiae actionem, & incita-
mentorum ad eam, aut occupando tenta-
tionem per propositiones conditionatas, vel
contraire tentationi digressionem, ut ille in
Thebaide vexatus spiritu foedo, vexavit se
labore, & confusione.

MEDITATIO CCXLIV.

Sabbato Domin. 10. post Pentecost.

*B. Virgo Refugium in tenta-
tionibus.*

Videbo B. Virginem ut castrorum aciem
ordinatam, aut turrim illam, è qua pen-
dent mille clypei. Petā protegi ejus præsidio.

Cons. 1. Causas, propter quas in tentatio-
nes labimur, esse quatuor: oritur enim ten-
tatio

Sabbato Domin. 10 post Pentecost. 437

tatio vel ex subtractione gratiæ, vel quòd Deus sinat tentari à dæmone, & carne, culpâ nostrâ, vel occasione, vel permissione. Nul- lam harum causarum reperimus in B. Vir- gine, plena donis & fructibus Spiritûs sancti, & gratiâ, & discretionem, unde astutias serpen- tis discrevit, ita ut nunquam ab eo, vel le- vissimè decipi potuerit.

Conf. 2. Præcipuam causam lapsûs esse instabilitatem animi, & ignaviam, ut ait D. Chrysostomus Hom. (Nemo laeditur, nisi à se ipso) contra quam me armabo præsidio B. Virginis, ferventissimæ Ancillæ Domini, ut vel præserver à lapsu, vel à tentatione.

Conf. 3. Relapsum multò teterrimum, & tentationes eum suadentes his similibûsque rationibus præcavendum. 1. *Nihil indignius, quàm agere, quorum proximè pœnituit: Recipere Christum gloriosè, & sequenti die in Crucem agere,* ait D. Chrysost. Hom. 2. ad Ephes. An non sunt hæc magni odij, & contemptûs manifesta signa? 2. Timendum, ne Deus non ignoscat; *voluntariè enim peccantibus,* ait Apostolus, ad Hebr. 10. *non relinquitur pro peccatis hostia,* quia in plura labentes, in- grati Deo speciali gratia privantur: sole au- tem gratiæ subtrahcto, fomes peccati plus operatur, unde in peccata firmè relapsus: pec- cati verò recidiva plus nocet, quàm recidiva

T 3 febris.

438 · Dominica II. post Pentecostem
febris. 3. Melius erat illis non agnoscere
justitia: 2. Pet. 2. denique ait D. Augustinus
Psalm. 83. Si canis reversus ad vomitum
ret oculis tuis, tu quid eris oculis Dei? Salu-
tatio B. Virginem Hymno consueto: *Stella
maris stella.*

MEDITATIO CCXLV.

Dominica II. post Pentecostem.

*Dominus IESVS praest Regnum
virtutum.*

Videbo Dominum virtutum undique
iis cinctum, & petam adaperiri mihi au-
rem ad intelligendum regnum virtutum
linguam ad illud impetrandum.

*Conf. 1. Verba Domini Joan. 8. Ego
superius sum, quae interprete Augustino, in
ea virtutes, quibus nihil superius. Vos de
superius estis, id est, ut ait Origenes, sursum
non habetis, aut, ut loquitur D. Chrysostomus.
Nihil spirituale intelligentes, terrena sapitis.*

*Conf. 2. Nihil Deo gratus esse, quam
quis regno virtutum inseratur, & Christum
imitetur, juxta illud D. Chrysostomus in Ps. 111.
Virtus mater gloria: Quia per quod operatur
Deus maxime innotescit & honoratur, illud
est majore gloriae Deo: ut si Deus creare pot-
set alterum Deum sibi aequalem per omnia
satis inde constaret potentia Dei infinita
liquaeque*